quod non parcis delinquenti.
Deinde exploratum habet, in ma-
gna ui tempestatum et concursu
calamitatum homines dubitare
de prouidentia, et hanc dubitatio-
nem proximum gradum esse, uel
ad desperationem, uel ad Epicure-
um contemtum Dei. Quos autem
hic laqueo suo irretitos tenet, eos
scit non facile eluctari, ut uidere
est, in Cain, Saule, Iuda, et alijs.
Horrescat pia mens intuens in
talia exempla, et uota faciat, ut
Deus mitiget poenas, quas me-
riti sumus, nec sinat nos in
tragicas calamitates incidere.

Magna